



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

- Rursus dico not. per illam gl. procedere, quando verba essent dubia, ut ibi, at in casu nostro sunt clara, ueluti etiam infra dicitur, ergo standum est uerbis, nec alia debet fieri interpretatio. l. ille. aut ille. ff. de lega. 3. cum ibi nota. ¶ Præterea ¶ illud pactum de diuidendo inæqualiter id, quod a debitoribus pro diuiso communibus exigitur, fuit reciprocum respectu inæqualitatis, & oneris, & sic æquale, ut ex uerbis dicti instrumenti apparet, ergo iustum, & ualidum est, argum. l. de fideicommissio. cum ibi not. C. de transac. & eorum, quæ uolunt Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in fi. 2. q. ff. de uerbo. obligat. & ideo concludendum est, quod omne id, quod fuit exactum, & in futurum exigitur à dictis debitoribus communibus pro diuiso, est simpliciter, & indistinctè diuidendum, prout in dicto pacto, non habita consideratione, utrum uni fuerit integraliter de suo debito satisfactum, nec ne, & utrum locus sit participationi, donec alterutri fuerit de suo debito satisfactum, an non, quia si illa uerba pacti ibi cōueniunt, quod de eo, quod exigi contigerit à debitoribus ante dictis, debeat diuidi &c. ex quo simpliciter, & indistinctè sunt posita, debent intelligi de omni, & toto, quod exigitur, & non restrictiue, ut supra, arg. eorum, quæ habentur per Bar. in l. si in rem. ff. de rei uen. ubi si quis rem simpliciter petat, cōferatur totam, & non partem petiisse, & faciunt ea, quæ habentur per Bar. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de no. ope. nunc. & facit tex. in l. legatis uxori. ff. de leg. 2. ubi sub legato eorum, quæ causa uxoris parata sunt, ueniunt, quæ simpliciter sunt in totum parata causa uxoris, & non quæ tantum pro parte, & cōi nomine. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. l. titia. cum testamento. §. i. ibiq; Bal. ff. de lega. 2. optimus tex. in l. librorum. §. si cui. ff. de lega. 3. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interroga. actio. & l. si quis. cum totum. ff. de excep. rei iudi. ¶ Ultimo si contrahentes uoluissent participationem debitorum fieri solum usque ad integram crediti cuiuslibet satisfactionem, profecto hoc dicere potuissent, atque dixissent, si uoluissent, & ideo cum hoc non fecerint, standum est uerbis simpliciter, & indistinctè positis, argum. l. quicquid astringenda. ff. de uerb. oblig. c. cū dilecti. de donat. c. ad audiētiā. de decimis. l. vnica. §. si autem ad deficientibus. C. de cadu. tollen. & l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de iudi. cum ¶ ergo generaliter, & indistinctè ipsi fuerint in illo pacto loquuti, mens eorum fuit contrahere societate super debitoribus pro diuiso communibus de eo, quod fuerit exactum, ut illud totum sit proportionabiliter diuidendum, ut in ipso pacto cōtinetur. Et huic menti uerba contractus, ac instrumenti conueniunt, ideo standum est uerbis, ut comprehendant omne id, quod ex ipso rum generalitate comprehendere possunt, argum. in to l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. & l. ita autem. ff. de admin. tuto. Et ¶ hanc legem contrahentes potuerunt rebus eorum imponere. l. in re mandata. C. manda. & l. quoties. C. de donat. quæ sub modo, ibiq; scriben. Item contractus legem ex conuentione partium accipiunt. l. contractus. ff. de regu. iuris. d. l. si non fuerint. & d. §. de illa. Cetera ad fauorem dicti Nicolai Clarissimi arbitri suppleant. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Litis contestatio inducitur, & initium indicio datur ex sola narratione facti, & responsione aduersarij negantis narrata, prout narratur, etiam absque eo, quod conclusio in libello facta fuerit, & numero 3.
- 2 Idem ex narratione facti, & conclusione ipsius actoris, & ex oppositione exceptionis peremptorie facta per reum absque expressione illorum uerborum nego narrata, prout narratur, & nu. 3.
- 4 Clausula, peto ius, & uisum ministrari omni meliori modo &c.

cuius sit virtutis, & natura.

- 5 Pactum simpliciter prohibitorium alienationis etiam eo dominij translatio impediatur renouat.
- 6 Quid si effectus pactum de non alienando alienatio impediatur, per quæ uerba factum esse requiratur.
- 7 Et ad hoc, ut pactum huiusmodi ualeat, & dominij translatio impediatur, quando alienationem, ac dominij translationem prohibuit.
- 8 Iuramentum super alienationis prohibitionem expressum quando alienationem, ac dominij translationem prohibuit.
- 9 Alienatio facta etiam cum iuramento contra uerbum præiurum de non alienando an, & quando ualeat.

E P I T O M E.

PACTUM in emptione rei à me emptori ex conuentione retrouendenda fit hoc modo fiat, q tu mihi promittas retinere, uel in alium aliquo titulo non transigere, quandoque eam alienare uolueris, tunc illam pro pretio æstimando alienare, & referre te ad aliquem actum alienationis, alterius tituli deuenire, tunc eo ipso restitatur, & in illum casum confutis te meo non possidere, & contractus sit casus, nullus, & missio de non alienando ualeat, & dominij translatio nem impedit ita, quod si tu ad actum alienationis uenias, dominium mihi dicatur acquisitum in illum, cui res fuit alienata, translatum si postea simpliciter absque reservatione alienatus ne alienius iuris mihi ex pacto prædicto transigendo acquisiti rem tibi retrouendiderim.

C O N S I L I U M C L I I.



IN quaestione, quæ vertitur inter dominicum agentem ex una, & Ottolino defendentem ex alia, queritur, an testes domini iudicare debentis in causa, & confidendo toto processu causæ, præmissis petitionis, seu instatiæ dicti ser Domini, narrat se emisse domum ab Ottolino, & de retrouendendo illam ipsi Ottolino, & pacto iuramento firmato, quod si aliquo tempore Ottolinus uellet dictam domum redire, & obligatus esset ea dictos ser Domini, & ta æstimatiōe per duos bonos uiros cōueniendos faciendam, ut in instrumento cōtineretur: & quod ad aures ipsius ser Domini, quod Ottolinus dictam domum Joanni, & alienauit: quam alienationem facere non potuit pactis, & conuentis inter eos, & alio tempore in dicto instrumento, ad quod relatio habetur quantum opus sit, quod uerbo produxit. Vnde ser Dominicus obtulit separatim exortum Ottolino precium liquidandum per bonos communiter eligendos, & unum bonum uirum, & quod Ottolinus alterum eligat ad effectum illorum, & pro parte æstimi, & precij prædictus ser Dominicus exburauit unum rētorum ad bonum computum pretij æstimatorum, & pro parte æstimi, & precij prædictos eligendos, qui rhenensis aureus fuit, & D. Vicarij iudicis depositus. Et in hac narratione ulterius pro parte ser Domini narratum, nec imploratum, sed solum, ut supra posuit, & excepit de incertitudine, obsecrationis, & alia generalia opponendo, & negationem, prout narratur &c. ex quibus uidetur, quod liti cōtestatio, qm ¶ etiam ex sola narratione, & negotij, & ex responsione aduersarij narrata, prout narratur, quæ uerba cōter solent in cōtestatione inducere, ac importare, inducit liti cōtestationem absque eo, & conclusio in libello facta fuerit.

transfuit propter pactum, de quo in instrumento, ut statim dicetur, sequitur, quod iudex ex deductis, et narratis, ut supra, iudicare debet. ¶ Quod autem Ottolinus non potuerit dictam domum alteri, quam ser Dominico uendere, et alienare, et alienando alteri, non potuerit dominium in illum transferre, probatur, præsupponendo etiam secundum ea, quæ in facto præsupponuntur, quod prius, quam Ottolinus ad alienationem domus deueniret, illamque Ioanni fratri suo uendiderit, ser Dominicus eam Ottolino retrouendit, pro pretio inter eos conuenuto, ut in fine processus habetur. Quo statim dico, quod licet ampla sit materia, et an pactum simpliciter alienationis prohibitiuum ualeat, et ex eo dominij translatio prohibeatur, ut habetur in uariis locis maxime in l. ea lege. C. de conditio. ob causam. in l. qui absenti. §. i. ff. de acquir. posses. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. i. in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de uerborum obligat. et aliquid in l. si. C. de rebus alien. non alienand. Et quando pactum non esset simpliciter prohibitiuum alienationis, sed limitatum: ut quia conuentum esset de non alienando re alicui personæ, nisi tali, cuius interesset tale pactum obseruari, an ex tali pacto in tantum prohibeatur alienatio, quod dominium in alium transferri nequeat, ut habetur in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerborum obligatio. in l. qui fundum. ff. de contrahenda empti. 7 et per modernos in d. l. ea lege. tamen et quando esset promissum de non alienando rem, seu aliquo titulo illam in alium non transferendo, sed quodcumque eam uoluerit alienare, teneatur, et ita promissum, illam alienare ei, cui facta fuit promissio, et pro pretio æstimando, &c. et si contingeret ipsum promittentem ad aliquem actum alienationis, uenditionis, permutationis, aut alicuius tituli tam lucratiui, quam onerosi deuenire, tunc eo ipso res ipsa ad eum, cui fuit hoc promissum, reuertatur, et in illum casum ipse promittens constituit se nomine illius rem possidere, tunc de iure ualeat promissio de non alienando, et in casu quo promittens ad actum alienationis deueniret, dominium rei dicitur acquisitum illi, cui fuit factum pactum, et in eum dicitur translatum, non autem in eum, cui res fuit alienata, ut uoluit Bar. in l. filiusfamilias. §. diui. in ultima colum. ff. de leg. i. ubi proprie exemplificat eo modo, quo in casu nostro conuentum fuit, et isdemmet uerbis, quibus ibi Bartolus utitur, factum fuit pactum inter ser Dominicum, et Ottolinum adeo, quod existimem notarium de dicto instrumento rogatum assumpsisse uerba Bartoli in d. §. diui, ubi ipse etiam dicit, hoc esse remedium, et cautelam ad impediam alienationem, et dominij translationem in alium, et fuisse de mente Odofredi, et Cyni in l. qui absenti. §. i. ff. de acquir. posses. ¶ Et si diceretur, quod ad hoc, ut alienatio fieri nequeat, et translatio dominij in alium impediatur, uidentur, esse necessaria alia uerba magis pingua, secundum quod ponit ipse Bar. in dicta l. qui absenti. §. primo. uidelicet, et si contingat ad aliquem actum alienationis deuenire, tunc dominium ad me reuertatur, et in eum casum ex tunc constituis te meo nomine possidere, quia ex illis uerbis, et in eum casum ex tunc constituis, &c. quæ non sunt posita, nec expressa in casu nostro, alienatio, et dominij translatio in alium dicitur impediri, ergo in casu nostro, quamuis alienatio dicatur prohibita, non tamen dicitur prohibita dominij translatio: et ita etiam proprie loqui uidentur Alexander, et Paulus de Castro in dicta l. si quis. §. ea lege. et in dicta l. qui absenti. §. primo. Respondetur, non esse differentiam ad hoc, ut alienatio taliter prohibita dicatur, quod non possit dominium in alium transferri, quam in eum, cui pactum huiusmodi fuit factum,

an in pacto fuerint expressa hæc uerba, & si cōtingat
te ad aliq̃ actum alienationis deuenire, tunc & eo
casu res ad me reuertatur, & in illum casum cōstituis
te meo nomine possidere, prout dictū, & cōuentum
fuit in casu nostro, & in terminis exemplificat Barto.
in d. §. diui. an uerō dictum fuerit, prout ipsemet Bar.
inquit in d. l. qui absenti. §. 1. is enim dando hoc reme
dium, & hanc cautelam nullā facit in hoc differētiā,
immō innuit uerba prædicta idē importare, siue pri
mo, siue secundo modo exprimantur, nā illud idem,
quod circa hoc remedium concludit in d. §. diui. vo
luit etiam in d. l. qui absenti. §. 1. & ubique dicit Odo
fredum, & Cynum ita uoluisse, & tamē diuersimodē
exemplificat, ut dictū est, & uideri potest: ex quo dā
intelligi ex mente Bartoli in dictis locis, q̃ nō est dif
ferentia inter unum modum, & alium, sed idem iuris
est in utroque. Hoc idem expressē uoluit Alexander
in d. l. qui absenti. §. 1. qui exemplificādo de uerbo ad
uerbum, ut facit ibi Barto. dicit, q̃ idem uoluit Bart.
in d. §. diui. qui tamen ibi exemplificat, prout dictum
fuit in casu nostro. Idem etiam est de mente Pauli de
Castr. in d. l. si quis. §. ea lege. qui dicit, q̃ si dictum sit,
dominium ad me reuertatur, & in eum casum consti
tuis te meo nomine possidere, non exprimendo di
ctionem extunc, alienatio, & domini translatio in
alium ita dicitur impediri, & ad hoc allegat Bart. in d.
l. qui absenti. §. 1. Clarē ergo inferitur, q̃ inter hæc uer
ba quoad iuris dispositionem nulla est differētia, sed
ea eundem effectum important, eandemque vim ha
bent, quicquid dixerint quidā Moderni, & Cuman. in
d. §. 1. contra quos est communis opinio, à qua in iu
dicando non est recedendum, ut uolunt Doctores cō
muniter in c. 1. & in c. ne innitatis. de constitutionib.
& ad rationem Cumanī ibi facilis est responsio, nam
quamprimum incipit alienare, & sic quamprimum
incipit uelle se poenitere, ex cōstituto acquiritur pos
sessio, & dominium illi, cui factum fuit pactum in ca
su Barto. in d. §. 1. & in d. §. diui. sed l. qui saxum. ff. de
donat. quā Cuman. allegat, & doctrina Bald. in rubr.
C. de contrahen. empt. in 6. quæst. procedunt, q̃n poe
nitentia constituentis, seu permittētis domini acqui
sitionem domini, & possessionis præcederet, ut in d.
l. qui saxum. & in casu l. si cum. ff. de dolo. cum simil.
Colligitur etiam ex uerbis Bartoli in d. l. qui absenti.
§. 1. iunctis ijs, quæ ipse dicit in d. §. diui. ubi idem te
net, q̃ non est uis, an dictum fuerit, tunc dominium
eo ipso reuertatur ad me, ut ipse dicit in d. §. 1. an ue
rō dictum fuerit, prout in casu nostro, tūc eo ipso res
ad me reuertatur, ueluti ipse dicit in d. §. diui. Ita etiā
colligitur ex ijs, quæ uolunt alij scribentes in dictis lo
cis, qui huiusmodi uerborum diuersitates, & differē
tias non considerant, sed an hoc, uidelicet q̃ res, seu
dominium ad me reuertatur, conferatur in tempus
alienationis perfectæ, an uerō statim, quo alienare
incipis, & ante alienationem perfectam dominium
ad me reuertatur, & nomine meo constituas te possi
dere, ut per Bartolum in dictis locis. Et hanc theori
cam, & cautelam sequuntur Doctores communiter,
ut inquit Cyn. in l. si. C. de rebus alie. non alienan. &
Ioan. de Aren. ibi, & Iacob. Butrig. in l. traditionibus.
C. de pactis. Salicet. in d. l. ea lege. in secunda opposi
tione. & Paul. de Castro, Alexan. & communiter scri
bentes in d. §. 1. in dicta l. si quis. §. ea lege. & in d. §. di
ui. ¶ Præterea ultra illa uerba, res ad me reuertatur, &
in illum casum constituis te nomine meo possidere,
dictum fuit in casu nostro, quod cōtractus sit nullus,
nullus, & irritus, quæ uerba licet de per se non impe
dirent, quin alienatio facta in se ualeret, & ex ea do
minium esset translatum, quoniam tunc iste effe
ctus uideretur collatus post alienationem perfectā,

& post cōtractum adimpletum, ut no. dicitur
in d. l. q̃ absenti. §. 1. reprobandō Bal. in d. l. ea
ea, quæ uoluit Iac. Butrig. in d. l. traditionibus.
& alij in locis præallegatis, tamen quoniam
facta, & posita ultra illa alia uerba, & si cōtra
ad aliquem actum alienationis deuenire, &
ba, alienatio, seu cōtractus sit nullus, immo
fuit ueniāt ad determinationem illorum, &
& si cōtingat te ad aliquem actum alienationis
nire, tunc abque dubio per ea uerba alienatio
minij translatio in alium impeditur, quoniam
illorum non confertur post alienationem
perfectā: ita in terminis uoluit Paul. de C.
absenti. §. 1. & clarius in d. l. si quis. §. ea
Salic. in d. l. ea lege. in 2. oppositione. Rati
ba ponuntur post illa, & si cōtingeret ali
linum ad aliquem actum alienationis deue
res ad ipsum fer Dominicum reuertatur, ali
sum dictus Ottolinus constituit se nomine
nici dictā domū possidere: quæ uerba, ut
fuit, impediunt alienationem potulicet hē
alium, q̃ in ser Dominicū trāsferri. Magis
operabitur hæc uerba, iunctis illis uerbis,
factus sit nullus, irritus, & cassus, quia duo
gis stringunt, q̃ vnū, auth. itaq; C. commun
cessio. c. 1. de tregua, & pace. & argumētū
habentur in c. si cautio. de fide iuramentum
l. cum ostendimus. ff. de fideiussio. ut. Et quia
su nostro propter uerba præcedētia cōtractus
natio ipso iure non tenerent, tamen per hanc
eo casu cōtractus sit nullus, irritus, & cassus
cōtractus irritari, quatenus de facto posside
l. 1. in princ. & ibi gl. in uerb. infirmamini
& eorum, quæ ponit Alex. in l. 2. in 1. col. C. cum
rum possidet. contra tabul. & clem. pastoralis
re iudica. cum sim. ¶ Præterea ¶ quoniam
secundum ueram opinionem non impeditur
tionem, nec domini translationem, quia
positum super simplicis alienationis prohibitionem
uolunt Moderni in d. l. si quis. §. ea lege. & in d.
maior. C. de transac. & Alex. in consil. 9. de
men quādo esset appositum in casu nostro
hibitione alienationis, quæ ipso iure alienatio
& domini translationem impedit, ut quæ
apposita uerba hunc effectum habent, ut in
ctinā Bar. & aliorum in d. §. 1. & in d. §. di
& iuratum etiam fuisse omnia, & singula
lisq; non contrahere, tunc iuramentum
adderet, & operaretur, q̃ alienatio multo magis
retur prohibita, & nulla, & translatio domini
fieri non posset, & ad propositum optimē fac
uoluit Abb. in c. intellecto. in 3. col. de iur
9 in c. licet. de iureiuran. in 6. dicens, q̃ T aliter
iuramento facta contra iuramentum prius
de non alienando non ualeat, nec tenet per
tum in dicto cap. intellectu. quod quidem
quando actus, qui sit contra iuramentum
stitum, erat nullus, ut quia factus cōtra pos
legis: nam ex quo est nullus, tanto magis
ex quo sit contra iuramentum prius præstitum
casu nostro actus alienationis, qui sit contra
tionem alienationis factam per uerba supra
dicta, dicitur ipso iure nullus, & ipso iure
domini translatio impeditur, & annullatur
mē ex illis alijs uerbis, & eo casu cōtractus
&c. ergo multo magis alienatio, & translatio
nij debet impediri, & dici nulla, ex quo cōtra
tū prius præstitum facta fuit: secus si alienatio
minij translatio ualuisse, nam tunc propter
non diceretur nulla, sed immō ualere. Ita etiam

